


# CASTRI MONTIS SANCTI CLARE

Ad ea que felicem et prosperum statum Terrarum nobis et Romanæ ecclie subditarum populorumque in illis iuventium utilitatem commoda et honores concernunt libenter intendimus et illa prosequimur favoribus oportanis. Hinc itaque est quod Oratoribus dilectis filijs Communitatis et hominum Castri Montis Sancti Clare Firmam dioce diligenter auditis cupientes eisdem Communitati et hominibus nobis et Romanæ ecclie fidelibus in eorum petitionibus quantum a deo possumus complacere privilegia exemptionis immunitates et Capitula per dilectum filium Ludovicum et sancti Laurentij in Damaso proprium Cardinalem Patriarcham Aquilegiensem Camerarium nostrum tunc aplice sedis Legatum eisdem propter fidem eorum obedientiam ac etiam in aliqualem recompensacionem ab eis profectum et honore ecclie perceptum concessimus que bone memorie Eugenius nostrus per suas in quibus Capitula super huiusmodi exemptionibus et immunitatibus de uerbo ad uerbum inserta erant primo post Nicolaum V. predecessores nostros per alias suas in forma breuis litteras confirmauerunt et approbauerunt prout in ipis litteris continetur quare tenores hie haberi uolumus pro sufficienter expressis necnon omnia et singula in eis contenta et inserta quecumque auctoritate aplice tenore presentium ratificamus approbamus ac confirmamus et presentis scripti patrocinio communitimus. Et insuper ut Communitas et homines predicti comagis in huiusmodi fide et deuotione persistant ad eam auctoritate statuimus et ordinamus quod reformationes et ordinamenta per ipsos Communitatem et homines potissime probano et pacifico statu ipsius Castri fienda diuino non sint contra ecclie libertatem absque confirmatione alicuius gubernatoris aut Rectoris exequi possint. Et si aliquis eorum contra formam privilegiorum dicte Terre ad illam Curiam tractus fuerit uel trahatur in futurum quecumque acta uel fienda nullius sint roboris uel momenti. Preterea Milles florenos qui ab eis in summa florenorum Trium milium noningentorum triginta octo soluti fuerunt sed ab officialibus dicti predecessoris Nicolai non fuerunt admissi et excomputati nos in taleis futuri temporis excomputari eis uolumus et mandamus quietacione etiam per eos facta penitus non obstante. Necnon ut saluti animarum christidelium cuiusdem Terre consulari omnes et singulos ex eis qui Monasterium sancti Thome dicte Castri ordinis sancte Clare non tamen animo male agendi hactenus intemerunt ab excommunicationis sententia quam propterea incurressent hanc seie absoluiimus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus aplice ac omnibus illis que dicti nostri predecessores non obstantare uelauerunt ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod si ullo unquam tempore dicti Communitas et homines quod absit ab obedientia et deuotione prefatis quomodocumque deuiauerint presentes littere nullius sint roboris uel momenti. Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ratificationis approbacionis confirmationis communitacionis statuti ordinationis mandati absolucionis iuramentis et Constitutionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Iunipetrum Anno incarnationis dominice millesimoquadringentesimoquinquagesimo quinto Tertio kl May Pontificatus nostri Anno Primo.

Gratias & reuerentiam dominicis ppriis.

*[Handwritten signature]*



*[Faint, mostly illegible handwriting on aged, yellowed paper. The text is arranged in several lines across the middle and right sections of the document.]*

